



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Tarditatis uitium dissuadent nobis tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

lat. Sæpe enim accidit quod aliquis uiginti annis non accipit quod in oratione postulat, quia tepidè querit. Vnde P. Augustinus. Seruat tibi deus quod non uult citò dare, ut tu discas magna magnè desiderare. Et Bernardus. Si incipis, incipe perfectè; si in profectu es, hoc ipsum iam perfectè age.

August.

Bernar.

Tarditatis uitium diffudent nobis tria.

Tardus enim differt inchoare opus quod facturus est, & tardus procedit in opere iam inchoato. Primo, est uelocitas, & strenuitas, quam mali habent in eis, quæ sibi utilia esse credunt. Prou. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem. Ber. Magna confusio, ardenter seculares pernitiosa quam nos utilia, alacrius currunt ad mortem, quam nos ad uitam. Unde cum imminentia passione domini, ceteri apostoli somnolenti erant, ut legitur Matt. solus Iudas somno non opprimebatur, sed procurabat ut eos adduceret, qui dominum comprehen-

Prou. 2.

Bernar.

Mat. 26.

CHRISTIANA

deient. Secundo, est magna offensia
Dei, quæ ex tarditate ista incurritur,
Pro. 10. de qua Prou. Sicut acetum dentibus,
et fumus oculis, sic piger his, qui ini-
serunt eum. Acetum molestum est
dentibus, & fumus oculis, sic Deus
molestatur in nimia tarditate eorum
qui sibi seruunt. Tertio est magna
Grego. gratia. Gregorius. Quoniam habet
apud Deum seruientes ei uelociter,
Pro. 22. & strenue. Prou. Vidisti uirum uelo-
cem in opere suo, coram regibus sit-
bit, nec erit coram eo ignobilis.

Tribulationis bona sunt quatuor.

Tren. 3 **P**rimū est, quia illuminat. Tren.
meam in uirga indignationis
Isa. 28. eius. Isa. Sola uexatio intellectum
dabit &c. Et Gregorius oculos quo-
Grego. culpa claudit, pœna aperit. Secun-
Apoc. 3 dum quia est signū dilectionis. Apoc.
Ego quos amo arguo, & castigo &c.
Heb. 12 Heb. Quem diligit dominus castigat,
flagellat autem omnem filium quem re-
cipit, &c. Idem. Si extra disciplinam
Idē. 12. estis, iam non filii, sed spurii estis, &c.
Augus. P. Augustinus. Si exceptus es à pa-
fione flagellorum, exceptus es à in-